

A quilibet est talentorū triginta. Iunonis stans signū, pōderis est talentorū octin-
gentorū. Huius dextera caput serpentis tenet, sceptrū lapideum sinistra. His
omnibus cōmunis erat mensa aurea manufacta, longitudinis pedum quadra-
ginta, duodecim latitudinis, ponderis talentorū quinquaginta. Duo præterea
carchesia talentorū triginta erant, totidemq; uasa uaporibus apta, utrunq; ta-
lentorum triginta. Crateres ex auro tres: quorū loui dicatus talenta mille &
ducenta Babylonica pendebat, aliorū quilibet sexcenta: quæ omnia postmo-
dum Persarum reges surripuere. Regiæ & reliqua ornamenta tum tempore
consumpta sunt, tum ab hominib; deleta. Ipsius quoq; Babyloniæ parua que-
dam portio superstat, maxima parte intra mœniâ cultui agrorū exposita. Erat
& ortus pensilis iuxta arcem, nō à Semiramide, sed à quodam Syro rege post-
modum in gratiâ pellicis factus. Quæ cum Persa esset genere, cupiens in mon-
tibus uidere iuxta morē Persarū prata, uiro persuasit, ut artificio exciaret ortum,
qui arboribus pratisq; patriam repræsentaret. Huius orti singula latera
iugeribus quatuor extenduntur. Aditus ueluti in monte erat, ædificijs altero
super alterum constructis, ut ex eo conspectus longè lateq; pateret. Testudin-
es in solo positæ erant, quæ totius orti pondus sustinerent: inde aliæ super
altas exrescente semper magnitudine ædificatæ. Nam superiores, in quib; or-
ti murorū superficies continebatur, altitudine quinquaginta cubitorū emine-
bant: earum latitudo pedes erat duodecim, muri magna impensâ constructi,
spissitudine erant pedum uigintiduoꝝ. Solum hoc modo cōstabat. Erant pos-
sitæ lapideæ trabes, longitudine pedum sedecim, sex latitudine. Super has pro
pauimento stratae arundines asphalto compactæ. Desuper cocti lateres dupli-
ci ordine gypso structi, tertio regulæ plumbeæ, nequa humiditas ad testudin-
es manaret. Aquarum insuper receptacula, quib; humor efflueret. In hoc pa-
uimento cōgesta humus profunda, ut magnarū arborum radicibus satis esset,
ortum efficiebat, in eo proceræ omnis generis arbores aspectum iucundū red-
debant. Lumen quoq; adeo testudines inuicem præbebant, ut in eis regia di-
uerforia haberentur. Præterea aqua ductus occultè fabricatus rigabat ortum.
B Et hæc orti moles postmodum facta est. Semiramis & alias urbes super Eup-
hratem Tigrimq; fluuios ædificauit, in quibus emporia constituit eorum que
ex Mediâ ac Parætanis omniq; propinqua regione ferrent. Post Nilum enim
& Gangem, flumina totius Asiæ nobiliora, Euphrates ac Tigris ex Armeniæ
mōtibus fontes habent. Distant aut ab inuicè stadijs mille & quingentis: delatiq;
per Mediâ & Parætanos descendunt in Mesopotamiâ, quâ undiq; circumdan-
tes, regioni nomē indiderunt. Deinde per Babyloniâ fluētes, in mare rubrum
deferunt. Flumina ingentia alueo cōpressa, magnæ emporia frequentantibus
existunt cōmoditati: unde & locorū quæ iuxta aquas sunt, mercatores cōtingit
ditissimos esse. Semiramis ex Armeniorū montibus lapidē excidi fecit, longi-
tudine pedū centū quinquaginta, latitudine uerò spissitudineq; quatuor et ut-
ginti. Huc magna currū multitudine ad flumē delatū, nauiq; impositū, Ba-
byloniâ detulit, inq; uia insigniori erexit. Res mirabilis aspiciētib; quâ à forma
Obeliscū dicitur, inter septē mirāda opera annumeratū. Cum multa sint Baby-
loniæ aspiciētibus admiratione digna, nō minus mirabit quis magnā uim q in
ea gignit, asphalti. tāta enim illius superest copia, ut nō solū satis tot tātisq; edi-
ficijs fecerit, sed et populus licet innumerabilis eo arefacto p lignis utat: adeo
magna illius copia tanq; ex largo fōte hauriētibus adest. Huc, ppe fōtē est terre
hiatus haud magnus, sed uirtute mirabili. Eijcit enim odorē sulphureū, ac gra-
uē, q trāseētēs animātes interficit. Ita em anhelitū cōprimit, ut spiritu interclu-
so, abrepta re spirādī facultate mors subitō sequat. Est et ultra flumē palus bre-
ui circūscripta loco, sumū habēs circa solū: in quā si qs inscius ingrediat, euesti-
gio attrahit, nulla data regrediēdi facultate. Deinde paulatim torpore qdā cor-
poris totius in pfundū delatus, mergit, pauloq; post mortui corpus supnatat.
De

Obeliscus mirabilis